ПЯТНИЦА 3-й НЕДЕЛИ ПАСХИ

Antiphona ad introitum

Cantate Domino canticum novum, alleluia: quia mirabilia fecit Dominus, alleluia: ante conspectum gentium revelavit iustitiam suam, alleluia.

Входной антифон

Воспойте Господу новую песнь, аллилуйя, ибо Господь сотворил чудеса, аллилуйя: пред очами народов открыл правду Свою, аллилуйя.

Collecta

Præsta, quǽsumus, omnípotens Deus, ut, qui grátiam domínicæ resurrectiónis cognóvimus, ipsi per amórem Spíritus in novitátem vitæ resurgámus.

Молитва дня

Всемогущий Боже, Ты удостоил нас познания благодати Воскресения Христова; молим Тебя, дай нам в любви Твоего Духа воскреснуть к новой жизни.

Antiphona ad offertorium

Iubilate Deo universa terra, psalmum dicite nomini eius: venite, et audite, et narrabo vobis, omnes, qui timetis Deum, quanta fecit Dominus animae meae, alleluia.

На приношение даров

Ликуйте Богу, вся земля, пойте псалом имени Его: придите, послушайте, и я восвещу вам, все боящиеся Бога, сколько сотворил Он для души моей.

Super oblata

Propítius, Dómine, quǽsumus, hæc dona sanctífica, et, hóstiæ spiritális oblatióne suscépta, nosmetípsos tibi pérfice munus ætérnum.

Молитва над дарами

Милосердный Боже, освяти эти дары и, приняв нашу духовную жертву, дай нам самим стать вечным даром Тебе.

Prefatio

Vere dignum et iustum est, æquum et salutáre: Te quidem, Dómine, omni témpore confitéri, sed in hoc potíssimum gloriósius prædicáre, cum Pascha nostrum immolátus est Christus.

Qui se pro nobis offérre non désinit, nosque apud te perénni advocatióne defféndit; qui immolátus iam non móritur, sed semper vivit occísus.

Quaprópter, profúsis paschálibus gáudiis, totus in orbe terrárum mundus exsúltat. Sed

Префация

Воистину достойно и праведно, должно и спасительно Тебя, Господи, всегда исповедовать, но особенно — восхвалять Тебя в это время, когда заклан за нас Христос, Пасха наша.

Он не перестаёт приносить Себя в жертву за нас, ходатайствуя за нас пред Тобой Своим вечным заступничеством; принесённый в жертву, Он не умирает, а преданный смерти — живёт вечно.

Поэтому, когда мир наполняется пасхальной радостью, лику-

et supérnæ virtútes atque angélicæ potestátes hymnum glóriæ tuæ cóncinunt, sine fine dicéntes: Sanctus...

Ant. ad communionem

℟ Qui manducat meam carnem, et bibit meum sanguinem, in me manet, et ego in eo, dicit Dominus. alleluia.

℣ Beati immaculati in via, qui ambulant in lege Domini.

℣ Beati, qui servant testimonia eius, in toto corde exquirunt eum.

Surrexit Dominus vere, alleluia, alleluia!

Et apparuit Simoni, alleluia, alleluia!

Gloria Patri, et Filio, et Spiritui Sancto.

Surrexit Dominus vere, alleluia, alleluia!

Post communionem

Súmpsimus, Dómine, sacri dona mystérii, humíliter deprecántes, ut, quæ in sui commemoratiónem nos Fílius tuus fácere præcépit, in nostræ profíciant caritátis augméntum.

Regina caeli, laetare, alleluia,

quia quem meruisti portare, alleluia,
resurrexit, sicut dixit, alleluia,
Ora pro nobis Deum, alleluia!

ет вся земля; и небесные силы, и ангельские воинства песнь славы Твоей воспевают, непрестанно взывая: Свят...

Причастный антифон

℟ Едящий Мою Плоть и пиющий Мою Кровь пребывает во Мне, и Я в нём, говорит Господь, аллилуйя.

℣ Блаженны непорочные в пути, ходящие в законе Господнем.

℣ Блаженны хранящие откровения Его, всем сердцем ищущие Его.

Воистину воскрес Господь, аллилуйя, аллилуйя!

И явился Симону, аллилуйя, аллилуйя!

Слава Отцу, и Сыну, и Святому Духу.

Воистину воскрес Господь, аллилуйя, аллилуйя!

После причащения

Насыщенные дарами святых тайн, смиренно молим Тебя, Господи, чтобы то, что Сын Твой заповедал нам совершать в память о Себе, послужило укреплению нашей любви.

Радуйся, Царица неба, аллилуйя,

Ибо Тот, Кого Ты удостоилась носить в чреве, аллилуйя,
воскрес, как сказал, аллилуйя,
Моли Бога за нас, аллилуйя!